



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

94. Hydropicus à Iesu die sabbathi curatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](#)

S. Matthæum

S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

riséorum, dicentes illi, Exi & vade hinc: quia Herodes vult te occidere. Et ait il- lis, Ite, & dicitе vulpi illi, Ecce eiicio de monia & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die cōsummor. Verū tamē oportet me hodie & cras & sequenti die am- bulare: quia nō capit prophetam perire extra Ierusalē. Ierusalē, Ierusalem quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui mit- tuntur ad te, quoties volui cōgregare fi- liostuos quemadmodum auis nidū suū sub pennis, & noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico autē vobis, quia non videbitis me donec ve- niat cūm dicetis, Benedictus qui venit in nomine Domini.* 94.

C A P. 94. Hydropicus à Iesu die Sabbathi curatur. Luc. 14. * 93.

S. Matthæum

S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

ET factū est: cūm intraret Iesus in do- mum cuiusdā principis Pharisæorū sabbatho māducare panē, & ipsi obserua- bant eū. Et ecce homo quidam hydropi- cus erat ante illū. Et respōdens Iesus di- xit ad Legisperitos & Pharisæos, dicēs, Silicet sabbato curare? At illi tacuerūt. ipse verō apprehensum sanauit eum, ac dimisit. Et respondens ad illos dixit, Cuius vestrūm asinus aut bos in puteū ca- det: & non continuō extrahet illum die sabbathi? Etnō poterant ad hæc re- spondere illi. Dicebat autem & ad in- uitatos parabolam, intendēs quomodo primos accubitus eligerent, dicēs ad il- los, Cūm inuitatus fueris ad nuptias, nō discumbas in primo loco, ne forte hono- ratiō te sit inuitatus ab illo: & veniens is qui te & illum vocavit, dicātibī, Da huic locum: & tunc incipias cum rubo-

SYNTAXIS HISTORIÆ EVANGELICÆ.

151

S. Matthæus S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

renouissimum locum tenere. sed cūm
vocatus fueris, vade, recumbe in nouissi-
mo loco: vt cūm venerit qui te inuitauit
dicat tibi, Amice, ascende superius. Tūc
erit tibi gloria coram simul discumben-
tibus: quia omnis qui se exaltat, humilia-
bitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Di-
cebat autē & ei qui te inuitauerat, Cūm
facis prandium aut cœnam, noli vocare
amicos tuos, neque fratres tuos, neque
cognatos, neque vicinos diuites: ne for-
tē te & ipsi remuident, & siā tibi retri-
butio. sed cūm facis conuiuiū, voca pau-
peres, debiles, claudos, & cæcos, & bea-
tus eris, quia nō habent retribuere tibi:
retribuetur enim tibi in resurrectione
iustorum. Hæc cūm audisset quidam de-
simul discumbentibus, dixit illi, Beatus
qui manducabit panem in regno Dei.
At ipse dixit ei, Homo quidā fecit cœnā
magnam, & vocavit multos. Et misit ser-
uum suum hora cœnæ dicere inuitatis
vt venirent, quia iam parata sunt omnia.
Et cœperū simul oēs excusare. Primus
dixit ei, Villā emi, & necesse habeo exi-
re & videre illā, rogo te habe me excusa-
tū. Et alter dixit, Iuga boū emi quinq.,
& eo probare illa, rogo te habe me excu-
satū. Et alius dixit, Vxorē duxi, & ideo
nō possum venire. Et reuerlus seruus,
nūtiauit hæc dño suo. Tūciratus pater-
familias, dixit seruo suo, Exi citō in pla-
teas & vicos ciuitatis: & pauperes ac de-
biles & cæcos & claudos introduc huc.
Et ait seruus, Dñe, factū est vt imperasti:
& adhuc locus est. Et ait dñs seruo, Exi
in vias & sepes: & cōpelle intrare, vt im-
pleatur domus mea. Vico autem vobis,
quod nemo virorū illorum qui vocati
sunt, gustabit cœnā meā. * 95 .

R. 2